

it patri uel matri. minus quodcumque  
 est ex me. tibi perdetur. & honorificabit  
 patrem suum aut matrem. & irritum feceritis  
 mandatum dei propter traditionem uestram.  
 ypocrite. bene prophetauit de uobis.  
 isaias dicens. **P**opulus hic labiis me  
 honorat. cor autem eorum longe est a me.  
**S**ine causa enim colunt me. docentes  
 doctrinas & mandata hominum. **E**t  
 euocatis ad se turbas. dixerunt eis. **A**udi  
 te. & intellegit. **N**on quod intrat in  
 os coequinat hominem. sed quod procedit  
 de ore. hoc coequinat hominem.  
**T**unc accedentes discipuli eius. dixerunt  
 ei. **S**cis quia pharisaei audito hoc  
 uerbo. scandalizati sunt. **A**t ille  
 respondens. ait. **O**mnis plantatio  
 quam non plantauit pater meus ce  
 lestis. eradicabitur. **S**inite illos. ceci  
 sunt. duces caecorum. **C**ecus autem si caeco  
 ducatum praestet. ambo in foueam cadunt.  
**R**espondens autem petrus dixerunt ei. **E**diffe  
 re nobis parabolam istam. **A**t ille dixit.

